



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Quartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Celebration Missarum, Sacramento Eucharistiæ, & aliis diuinis Officiis.
Tit. XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](#)

⁶ *Domi Sacri nomine intelligitur non solum Ecclesia, aut camereum consecratum, sed etiam locus ad eam, vel alia diuina Officia destinatus.*

C A P. Si Ecclesia. X. & vlt.

¹ *Ecclesia non consecrata si polluitur effusione sanguinis, vel seminis, statim est lauanda aqua exorcizata ne suspendantur organa diuina laudis, & quam citius fieri potest, est confecranda. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Joan. Andr. Buter. Holt. Anch. Henric. Panorm. Vitian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 417. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 532. remissum Ximen. in concordant. part. 1.*

² *Collige ex text. quod si Ecclesia non fuerit consecrata, sed tantummodo benedicta, reconciliari potest per quemcunque simplicem Sacerdotem, & hoc per aspergitionem aquæ iustralis, vt per Nauar. in man. c. 27. n. 51. Tolent. in summ. lib. 5. c. 8. n. 15. Iacob. de Graff. in auras decif. p. 1. lib. 2. c. 48 n. 10. Paul. Fulch. de visit. lib. 1. c. 15. n. 16. Cened. ad Decret. collect. 155. Henr. in summ. lib. 9. de Missa, c. 27. §. 6. & lib. 13. c. 15. §. 5. Sayr. de censur. lib. 5. c. 16. n. 31. Mar. Alter. de censuris. tom. 2. disp. 3. c. 4. versic. quod f. Vgolin. de officio Episcopi. c. 29. §. 8. n. 3. Fr. Ludouic. Miranda in manuali Prelat. tom. 2. q. 39. art. 8. concl. 1. Aul. de censuris. p. 5. disp. 7. dub. 4. cum quo aduerte non esse necessarium quod aqua sit per Episcopum benedicta, vt Ecclesia non consecrata reconcilietur, licet hoc requirat Toleatus, concinctor enim ex verbis huius text. ibi, aqua proximus exorcizata lauetur, quod non licet si Episcopi licentia, benedictio, aut auctoritas esset expetenda, vt exorcismus aquæ per Episcopum esset faciens, refeo ego ipse de offe. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 28. n. 57.*

Quo autem Ecclesia presumantur consecrata, vt eas, si fuerint polluta, teneatur Episcopus reconciliare? vide Sylvest. in summ. verbo consecratio, il. 2. n. 3. Lambert. de inrepatron. lib. 1. p. 1. in S. art. 2. quæst. princ. n. 10. vers. an autem qualiter, Sela. de benef. p. 1. q. 6. n. 28. Mafcard. de probat. concl. 58. 2.

³ *Aut sanguinis effusione, &c.] Notatur ad hoc, quod per sanguinis effusionem Ecclesia polluitur, de quo plures citauit Doctores ad cap. iuriarum 11. n. 2. de priu. pag. 36. vbi num. seqq. adduxi multa requisita quæ desiderantur, vt hac procedat resolutio dixi etiam alleg. 28. n. 30. cum seqq.*

⁴ *Semine.] Notatur ad hoc, quod propter voluntariam humani semenis effusionem intra Ecclesiam continentem illa polluitur, vt Doctores, quos citauit de offic. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 28. n. 42. vbi multipliciter declarauit num. seqq.*

⁵ *In gloss. Non consecrata, ibi, & ita Ecclesia non consecrata gaudet eodem priuilegio, &c.] Notatur ad hoc quod vt Ecclesia polluta maneat, hoc requiritur quod sit consecrata, sed sufficit quod sit specialiter benedicta, vt diuina hant Officia, ita docent citati ad d. a. 6. r. 2. q. 1. n. 10. Nomine enim loci sacri intelligitur non solum Ecclesia, aut coemeterium consecratum, sed etiam locis ad eam, vel alia Officia diuina destinatis. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 32. n. 16. vers. secundo. Vide que dixi d. alleg. 28. n. 22.*

De Celebration Missarum, Sacramento Eucharistia, & aliis diuinis Officiis.

TIT. XL.



VPER hanc rubr. scripterunt Zabarel. i. Ioan. Andre. Butr. Anch. Panorm. Guillelm. Durand. in breviario auro, fol. 115. Ioan. de Londris in breviario sanctorum Canonum, fol. 175. Martin. Melnart. in epitome Decret. fol. 147. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 498. Goffred. & Host. in summ. bxiis tit. Alex. Caſſan. & Anaf. German. in paratibus ad quinque libros Decret. Barthol. Carthagena in exposit. tit. iuris Canon. Zyp̄. in analy. postremi iuris Ecclesiæ enarrat. pag. 297. nonissime Ioan. Honor. lib. 3. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De Missa sacrificio vide Mith. Timoth. Ioan. Bapt. stam Scotia, Anton. Honcalia, & Martin. de Frias in suis tract. de hac re editis, Conc. Triad. sef. 22. in decreto obseruandis, & evitandis in celebratione Missa. Repert. Inquisit. verbo Missa. Caiet. in opusculo de sacrificio Missa contra Lutherum, Sebaut. Medic. in sum. omnia baresum, verbo Missa, Barth. Humad. l. 58. gloss. iiii. 4. p. 1. Alphonſ. de Castro lib. 10. aduersus hæreses, verbo Missa, citatos a Cened. ad Decret. collect. 4. 4. n. 1. Card. Bellarm. in suis controv. Carbol. vbi de Missa. Conat. lib. 4. var. c. 22. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Missa. Iodoc. Cocc. tom. 2. theſauri Carbol. lib. 6. art. 4. Gab. Valq. in 3. p. D. Thom. tom. 3. q. 8. 3. disp. 220. Henr. in summ. lib. 9. de vero Missa sacrificio. Fr. Emmann. in summ. tom. 1. c. 24. 2. de Missa, Barthol. ab Angelo in examine Confessorum dialog. de Missa, Chamerot. de Sacram. vbi de sacrificio Missa. Baldwin. iiii. super opera controv. Bellarm. p. 2. lib. 4. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 10. c. 18. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 29. à n. 143. Soat. tom. 3. disp. 72. sect. 2. Bonac. de Sacram. disp. 4. quæst. ultima. Luc. Pinel. in tract. de valore Missa, Fr. Ludou. Miranda in man. Prelat. tom. 1. q. 41. per totam. Stephan. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta prel. 1. Ioan. Cerran. Episcopum Acernen. in expositione Missæ sacrosancta, ac ceremoniarum, quæ in eius celebratione sunt, & plures alios quos refeo ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 24. vbi plurimis infero, plureisque dubiis quætionis in hac materia resolu. videlicet an Missa pro multis celebrantibus valeat singulis, ac si pro uno solo celebraretur? & an recipiens plura stipendia pro pluribus Missis celebrandis teneatur absolutede tot Missas celebrare, ita ut securus faciens peccet mortaliter, ac teneatur ad restitutionem? & an denique Sacerdos, qui pingue stipendum pro Missa dicenda recepit, alteri Sacerdoti stipendum minoris valoris pro ea Missa celebranda tribuere, & reliquam partem sibi servare possit. Super quibus quæst. cum hinc inde multa Doctores tradidissent Saera Congreg. Conc. Sandef. D. N. Vrbani VII. autoritate sub die 2. Ianij huius anni 1625. in hac verba: Sancte & pie inter declarationes de celebrationi Missarum censuit.

Deinde vbi pro pluribus Missis etiam eiusdem qualitatibus celebrandis plura stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua sine ab una, sine a pluribus personis collata fuerant, aut conferuerunt in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hofpitalibus,

De Celebratione Missarum, &c. Tit. XLI. 399

libas, Societatis, Monasteriis, Conventibus, Domibus, ac locis piis quibuscumque tam Secularibus, quam Regularibus, Sacra Congregatio sub obtestatione divini Indicij mandat, ac praecepit, ut absolute tot Missarum celebrantur, quot ad rationem attribute elemosyna prescripte fuerint, itave alioquin iij, ad quos periret, sua obligatione non satisfaciant, quinimq; grauitate peccent, & ad restitutionem tenentur.

4. Id vero, ut deinceps obseretur exactius, Sacra Congregatio eadem auctoritate revocat prilegium, & inducit omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac locis piis tam Secularibus, quam Regularibus cuiuscumque Ordinis, Congregationis & Institutii, quancumque ob causam confessi, quibus indulgetur ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus, plenaria Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

5. At similitudine omne dammabile lucrum ab Ecclesia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa elemosyna, ne eamdem Missam alteri parte eiusdem elemosyna sibi retenta, celebrandam commitat, &c.

6. De Venerabili Eucharistia Sacramento, vide Concl. Trid. fess. 3. Angl. in floribus Theolog. obi de Eucharistia, Card. Bellarm. in suis controver. lib. 2. de Eucharistia, Henrici in sum. lib. 3. de Sanctissima Eucharistia, Jacob. de Graff. in auct. decisi. p. 2. lib. 1. c. 6. Barthol. ab Angel. in examine Confessorum dial. 4. Gabr. Valsq. in 3. part. D. Thom. tom. 3. q. 73. disp. 17. cum seqq. Petri de Ledesma in sum. p. 1. tract. del excellensissimo Sacramento del Altar, que se clama Eucharistia, Aegid. de Coninch. de Sacram. tom. 1. q. 7. 3. Bonac. d. disp. 3. q. 2.

S V M M A R I V M .

1. Presbyter tenuit horis debitis dicere horas Canonicas, permittitur tamen sibi ex causa dicere eas usque ad vespertas inclusus.

2. Doctores referuntur de horis Canonicas tractantes.

3. Tempus recitandi diuinum Officium incipit a media nocte antecedentis diei, & perseverat usque ad medianum noctis sequentis dies inclusus.

4. Matutinum finaliter cum Laudibus recitari potest in Vespertis antecedentis diei post tempus Completorij, etiam non expectato Solis occasu.

5. Matutinum sine Laudibus recitari potest.

6. Nocturna Matutinum concurrendo insta causa per summationem trium horarum separatum recitari possunt.

7. Officium diuinum ad evitandum peccatum mortale in priuato sufficit quod recitetur eo intervallo, quod est inter medianum noctis precedentis, & sequentis.

8. Hora canonica recitanda sunt iuxta ordinem ab Ecclesia prescriptum, quem si quis non seruauerit, minime peccabit mortaliter, nec etiam venialiter si faciat ex insta causa.

9. Officium unius diei commutans in officium alterius peccat mortaliter.

10. Clerici ad horas Canonicas recitandas iuxta Bremerianum Romanum non possunt alio voti.

11. Clericus negotii implicatus statim manu omne pensum horarum usque ad vespferam soluere potest.

12. Hora canonica sunt septem.

13. Horae omnes Canonicas omittentes uno die unum tantum committit peccatum.

14. Agricultura Clericis, & Religiosis non prohibetur.

15. Clerici, quibus non sufficit ex Sacerdotio, possunt honore artificio viatum querere.

Barbos. Collect. Tom. II.

16. Hora canonica cui humano, Ecclesiasticoque iure in septem distincta fuerint, remissio.

17. Septenarius numerus perfectissimus, & maxima habetur in consideratione,

C A P . Presbyter. I.

Ex Concil. Agathen.

Presbyter dicto Matutini officio debet dicere horas, & Vesperas horis competenteribus, & manu distalis horis visitare infirmos, mox si vult, excusat ad opus naturale ieiunus, ut deinde possit succurrere hospitalibus infirmis, defunctis, &c. usque ad statutam horam pro qualitate temporis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Host. Henric. Anch. Panorm. Viu. in ration. lib. 2. iur. Pontif. pag. 419. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 34. remissione Ximen. in concord. p. 2. referente Birchard. lib. 2. Decretal. cap. 104. & 105. luo p. 6. cap. 181. & 182. & Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. de safraginis, c. 2.

De horis Canonicas, de quibus agitur in presenti, vide Tabien. Rosel. Angel. Sylvest. Armil. Caiet. & alios Summiuersi verbo hora, Natur. de oratione, & horas Canon. Alban. de Ferrariis, & Nicol. Floue, Carol. Macignani, & nonissimum multos de more referentem Martin. Bonac. de horis Canon. Marcel. Francolin. in tract. de tempore horarum Canon. Sot. de iustit. lib. 10. q. 5. Medin. in C. de oratione, Sandon. de officio Canon. Card. Bellarm. in suis controver. tom. 3. ultim. controver. tertia, lib. 1. c. 10. Jacob. de Graff. in decisi. auct. p. 1. lib. 2. c. 50. cum seqq. Veg. in summ. p. 1. c. 28. Fr. Emmanuel. etiam in sum. tom. 1. à c. 140. Valent. tom. 3. diff. 6. q. 2. punct. 10. Petr. de Ledesma in summ. p. 2. tract. 9. c. 4. Prax. Epil. cop. p. 1. verbo Hora, Soat. de Relig. tom. 2. tract. 4. lib. 4. Azor. iustit. moral. p. 1. lib. 10. c. 1. cum seqq. Carol. de Graff. de officiis Cleric. effectu 17. Leff. de iustit. lib. 2. c. 37. n. 41. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori ponit. lib. 18. c. 11. & lib. 30. tract. 3. à m. 32. Vgolin. de officio Episcopi, c. 3. §. 1. Monet. de distribut. quod. p. 2. q. 3. Caril. in itinerario ordinandorum, fect. 6. fr. Raphael. de la Torre de Relig. tom. 1. tit. de horis Can. Alphon. de Torres de iustit. Sacerd. p. 1. c. 6. Cantar. in decem precepta Decalogi, lib. 1. c. 16. & 17. Nicol. Garc. de benef. p. 3. c. 1. Vincent. Filliac. rom. 3. tract. 2. c. 67. Ioan. Malder. de virtutib. tract. 10. c. 2. Valsq. in opusculo de benef. c. 4. Paul. Squid. de obligat. Clericorum, p. 1. nonissimum illustr. D. meum Roder. à Cunha post primam huius libri impressionem à me vatum in comment. ad c. 1. & 2. diff. 9. 1.

Matutinali officio expleto. Quo autem tempore Matutinum, & Laudes recitari debeant, & possint, tractant Doctores superlatit, dum agunt quo tempore recitandae sint horae Canonicae, & licet illam veram teneant conclusionem, quod tempus recitandi diuinum officium incipiat a media nocte antecedentis diei, & perseveret usque ad medianum noctis sequentis inclusus, excipiunt tamen ab hac regula Matutinum, relolentes illud simul cum Laudibus recitari potest vespbris antecedentis diei; id est, post tempus vespertinum, & Completorij, si insta subsit causa, ut scilicet denotius oret, vel ut sequenti mane studiis operam dare debeat, vel quia non ita commode poterit Matutinum recitare, ita S. Thom. quodl. 5. art. 28. Soat. d. lib. 4. c. 27. n. 11. Leff. d. c. 37. num. 79. Azor. d. lib. 10. c. 9. q. 5. Filliac. tom. 2. tract. 2. c. 7. 8. quod. 10. Bonac. de horis Canon. disp. 1. quæst. 3. punc. 3. n. 10. Nec est necesse expectari occatum Solis;

L 1 2 sed

REBOSA
us Can

2. 15.
C. VI
18.

400 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

sed post tempus Completorij (quod iuxta communem ferè consuetudinem solet esse circa tertiam, vel quartam horam post meridiem) potest Matutinum perfolui, Soar. d. c. 27. num. 14. Filliuc. d. c. 8. q. 10. num. 275. Bonac. d. punt. 3. num. 16. Gauant. in comment. ad rubr. Missal. tom. 2. fest. 1. c. 5. tit. 6. num. 6. me citato in hoc loco, Diana resol. moral. p. 2. tract. de horis Canon. resol. 39. vbi tamen subdit nolle reticere. Molfel. in summ. Theologie moral. tom. 1. tract. 5. c. 2. num. 59. & Fabr. de sacram. Ordinis dist. 2.4. q. 1. dist. 1. n. 148. docere post horam vespertinam posse aliquem recitare Matutinum vñā cum laudibus Officij diei crafting. Admterere tamen oportet quid licet Matutinum, & laudes vnam horam constituant, ac proinde singul in vesperris antecedentis diei perfolui possint, vt citati Doctores resoluunt, non ideo dicendum est Laudes, Matutino perfoluit in vesperris diei antecedentis, non posse vñque in sequentem diem diffiri, quia antiquitus, vt ex hoc text colligitur, receptum erat, vt prope auroram recitarentur separatis a nocturnis, quare ita docent Nauar. de orat. c. 3. n. 28. & 64. Iacob. de Graff. in auris decisi. p. 2. lib. 3. c. 16. n. 36. Azor. d. lib. 10. c. 8. q. 4. Valer. Reginald. d. lib. 18. n. 164. & 170. Nicol. Garc. d. c. 1. num. 224. Francolin. in tract. de tempore horarum Canon. c. 27. Soar. d. lib. 4. c. 6. n. 9. ad finem, & c. 24. n. 9. Carol. Macign. de horis Canon. c. 48. n. 25. & 30. Bonac. in simili tract. dist. 1. q. 3. punt. 3. num. 11. An autem nocturna Matutini possint separari recitari, non bene constat inter Doctores, negant Francol. d. c. 27. num. 8. & seq. Macign. d. c. 48. n. 24. Azor. d. c. 8. q. 4. Verum intra spatum trium horarum separatim recitari posse, præfertim ista concurrente causa, meo indicio melius tenet Vincent. Filliuc. d. tract. 23. cap. 6. num. 202. & 28.

7 *[Vi horis competenibus.]* Nota in officio publico servandam esse consuetudinem receptam de tempore recitandi horas Canonicas, in priuato tamen, eti laudabilius sit, vt singula suis temporibus, & interuallis orientur, tamen ad vitandum peccatum mortale sufficit, vt reciteatur eo intermallo, quod est inter medium noctis precedentis, & sequentis, qui enim interea temporis horas recitauerit, sine in initio, sive in medio, sive in fine, satis facit substantia præcepti, vt per Less. de insit. lib. 2. c. 7. n. 78.

8 *[Videlicet Primam, Tertiā, Sextam, &c.]* Horæ igitur Canonice recitanda sunt iuxta ordinem ab Ecclesia præscriptum, videlicet Matutinum, & Laudes deinceps Primam, Tertiā, Sextam, &c. sic deinceps, vt ex hoc text colligit Bonac. d. quest. 3. punt. 4. n. 1. Qui tamen horarum ordinem non seruat, recitando scilicet Primam ante Laudes, vel Vesperum ante Primam, non peccat mortaliter, vt per Less. d. c. 10. num. 80. Bonac. d. punt. 4. num. 2. resoluens nec peccare vñialiter, dummodo faciat ex iusta causa, Vnde infertur eum, qui ab amico vel à superiori inuitatur ad recitandam Primam, cum ipse nondum recitauerit Matutinum, posse cum eo primam recitare, recitando postea Matutinum, habet enim iustam ordinis variandi causam, vt per Azor. d. lib. 10. c. 10. q. 1. Soar. d. lib. 4. c. 24. num. 4. verf. altera mutatione, Filliuc. d. c. 8. q. 8. num. 23. 2. Valq. in opusculo de benefic. c. 4. §. 1. art. 2. dub. 4. Hinc etiam colligitur eum, qui dum Tertiā recitat, recordatur se non recitasse Primam, vel Matutinum, posse Tertiā prolequi cum intentione recitandi postea Matutinum, vel Primam, idem dicendum in eo, qui ad chorum accedit dom canit Tertiā, sed ipse nondum recitauit Matutinum, & Primam; ita docent Nauar. d. c. 21. n. 59. Fr. Emman. in summ. p. 1. c. 142. num. 4. Less. d.

cap. 37. dub. 12. num. 80. Azor. d. lib. 10. cap. 10. q. 1. Molfel. tract. 2. c. 2. num. 34. Paul. Squilas p. 1. dub. 24. num. 47. Carol. Macign. de horis Canon. c. 45. num. 1. & num. 24.

Vtrum communitantes officium vnius diei in officium alterius peccent mortaliter? Duae sunt opiniones. Prior tenet peccare solum venialiter, sine intentio in totum, sive in partem, quia adimplent præceptum quod substantiam, quamvis non adimpleant quod modum, ita Syluest. verbobora, q. 12. num. 15. Veg. in summ. part. 1. cap. 117. casu 17. Prax. Episcop. part. 1. verbo hora Canonica, n. 6. Valent. tom. 3. dist. 6. q. 2. punt. 10. §. quid si recitandum, Less. d. lib. 2. c. 37. num. 77. Azor. d. lib. 10. cap. 10. q. 2. Valq. in opusculo de benefic. cap. 4. dub. 2. Posterior verò, quia probabilius est, tenet peccare mortaliter, quam tuerunt Tabien. verbo hora, q. 10. Nald. in summ. verbo diuinum officium, num. 16. Iacob. de Graff. d. lib. 2. c. 51. num. 10. Nauar. de orat. c. 19. num. 201. Philiarch. p. 1. lib. 1. c. 6. concl. 6. Fr. Emman. in summ. tom. 1. c. 141. n. 3. & quest. Regular. tom. 1. q. 42. art. 8. ad finem, Petr. de Ledesma in summ. p. 2. tract. 9. c. 4. concl. 16. Card. Bellarm. tom. 3. lib. 1. controu. 3. c. 18. Filliuc. d. tract. 23. cap. 8. q. 2. num. 186. & 6. 7. q. 3. Molfel. tract. 5. c. 2. num. 50. Nicol. Garc. d. c. 1. num. 150. Valer. Reginald. d. lib. 18. num. 177. Soar. d. lib. 4. c. 11. num. 6. & c. 23. num. 12. & 24. Ad rationem verò primæ sententie respondeatur mutantem diuinum officium non solum peccare contra modum præcepti, verum etiam contra substantiam, quia mutant officium, quodam etiam non adimpler præceptum, cum Ecclesia non solum præcepit rationem diuinij Officij in genere, verum etiam in particulari. Vnde etiam infertur Clericis ad strictis ad horas Canonicas recitandas iuxta Breuniarium Romanum, vel habentibus priuilegiis vñdi Breuniario non Romano, licet minimè esse reliquo proprio sua Ecclesia, vel Religionis, alio vi, vt docent Nauar. d. c. 19. num. 211. Valent. d. dist. 6. q. 2. punt. 1. o. Valq. d. c. 4. dub. 2. art. 1. Bellarm. tom. 4. controuer. lib. 1. de bonis operibus, c. 18. verf. & quavou, Soar. d. lib. 4. c. 11. num. 4. & c. 23. num. 2. & 9. Filliuc. d. tract. 23. c. 7. q. 1. Azor. d. lib. 10. c. 11. q. 2. Valer. Reginald. d. lib. 18. num. 168. Carol. Macign. c. 29. n. 13. Nicol. Garc. d. c. 1. num. 155. Bonac. d. dist. 1. q. 3. punt. 1. num. 3. vbi n. 5. assertur probabile esse prædicto præcepto in contrarium posse aliquem priuatum relata consuetudine propriæ Ecclesiæ recitare diuinum officium iuxta Breuniarium Romanum, quia illud recitans conformat se Ecclesiæ, quæ est mater omnium Ecclesiæ.

9 *[Vesperumque perfoluit.]* Notatur ad hoc, quod Clericus negotiis implicatus statim manè omne pensum horarum soluere vñque ad vesperum potest, vt per Azor. in hunc text. intelligentem d. lib. 10. c. 9. q. 4. vbi etiam per verba illa, ibi: Ita tamen, ut horis competenibus iuxta possibilitem, aut à scholariis publice compleantur, intelligit concedi Clerico, vt priuatum extra chorum manè horarias preces peroret, & curer inferier, vt publicè in templo à ceteris Clericis minoribus, quos text. huismodi scholares appellat, tempore siue desantentur.

10 *[Septenaria numeris.]* Horæ igitur Canonice sunt septem, Matutinum scilicet, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, Completorium, ita Sot. de insit. lib. 10. q. 5. art. 4. Soar. d. lib. 4. c. 6. num. 6. Nicol. Garc. d. c. 1. n. 2. 24. Vincent. Filliuc. tom. 2. tract. 2. c. 3. punt. 8. num. 107. Molfel. tract. 5. c. 1. num. 2. 1. Bonac. de horis Canon. dist. 1. q. 1. punt. 3. num. 3. Quicquid horas Canonicas esse octo à Laudibus Matutinum distinguentes teneant Nauar. de horis Canonicas. cap. 3. num. 27.

De Celebration Missarum, &c. Tit. XLI. 401

n. 27. post D. Antonin. Francolin. c. 12. n. 4. Fr. Emman. in summ. tom. 1. c. 140. n. 1. Carol. Macign. c. 7. num. 57. cum seqq.

13 Vtrum autem omittens vno die omnes septem horas, vnum tantum, aut plura committat peccata? Reipondet vnum tantummodo committere peccatum exterrum omissionis consummatum, quia omnes septem horas sunt una oratio, seu vnum officium cedens sub uno precepto, licet peccatum tanto sit gravius, quanto plures horas omittuntur, dummodo tamen omissione diuini Officij per le considerare absque repetitione, & multiplicatione actionum voluntatis, & absque oppositione ad varias virtutes, ex quibus quis tenetur horas recitare; ita docent Nauar. de orat. c. 7. n. 6. Iacob. de Graff. d. lib. 2. c. 51. n. 14. Henr. in summ. lib. 5. c. 5. §. 6. Fr. Emman. d. c. 14. n. 16. Valent. tom. 3. disput. 6. q. 2. puncto 10. circa 8. vers dixi autem, Prax. Episco. d. verbo hora Canon. §. 10. Flamin. de regn. lib. 1. q. 9. n. 8. Bellarmin. d. lib. 1. da bonis operibus, c. 18. Nald. verbo diuinum Officium. n. 10. Azor. d. lib. 10. c. 7. q. 4. Petr. de Ledesma d. p. 2. tract. 9. cap. 4. concl. 14. diff. 1. Vsq. in opus. de benef. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 5. n. 1. Mofle. d. tract. 5. c. 5. n. 9. Filiuc. d. tract. 13. cap. 2. q. 1. n. 24. 8. Nicol. Gare. d. c. 1. n. 132. Valer. Reginald. d. lib. 18. n. 145. & 156. Soar. d. lib. 4. c. 45. n. 18. Paul. Squil. de obligat. clericorum. p. 1. dub. 33. n. 68. Malder. d. tr. 10. c. 2. dub. 3. vers. atque. Carol. Macign. c. 25. n. 7. Bonac. diff. 1. q. 5. puncto 1. n. 8. Portel. in dub. Regul. verbo hora Canonica. n. 5. Diana resol. moral. p. 2. tract. de horis Canon. resol. quamvis Tabien. verbo hora, q. 18. & Less. d. lib. 2. c. 37. dub. 9. n. 53. & alij teneant tot peccata committi, quot sunt hora Canonicae.

14 *Ad opus rural.* Ergo agricultura Clericis, & Religiosis non prohibetur, vt per Marant. de ordine indic. p. 4. diff. 9. n. 6. pag. mihi 147. Quibus enim non suppetit ex Sacerdotio, possunt honesto artificio vi etiam querare, Vivian. tom. 1. commun. opinion. lib. 4. titul. 11. n. 43. vers. & Concl. p. 56. Nauar comment. 2. de Regulari. n. 37. sic Apostoli laborabant manibus suis ne quenquam granarent, Paul. 1. ad Thessal. 2. & 1. ad Corinth. 4. & Act. 2. cap. 18. cap. munquam, de conser. diff. 5. Et D. Lucas manibus operabatur in pingendo, & D. Antonius in colendo terram, & texendo silcelas. Quamobrem permisum est Clericis, maximè quibus Ecclesia non sufficit, vt vietum, & velutum querant, & exerceant opera rusticalia, veluti hiscellas iuncis texere, canistra viminiibus pletere, farre humum, areolas a quo limite dividere, in quibus cum olerum iactata fuerint semina, vel plantae per ordinem posite aqua ducantur irrigua, inserere fructuosa arbores, vel gemmis, vel furculis apum alucaria fabricare, & linea texere pro capendi piseibus, proprias vineas putare, vel fodere, domos suas reficere, & alia huiusmodi facere. cap. Presbyter. cap. Clericus vi etiam. 91. diff. 1. dummodo tamen non impediant muneris, quibus incumbere debent, Steph. Gratian. discep. forens. c. 57. n. 27. Non est igitur in Ordinum promotione excludendus, qui arte aliqua fabrili vlus fuit sine iuris infamia, nam D. Paulus A. post. fuit tutor tabernaculorum, B. Joseph, faber lignarius, Iacobus, & Iudas fuerunt agricola, & Alexander carbonarius electus est in Episcopum, vt refert Henr. in summ. lib. 14. c. 5. §. 3. post prine.

15 Ergo his temporibus, &c.] Ex his verbis colligi videtur orationes, & preces humano Ecclesiasticoque iure distinctas fuisse in septem horas Canonicas, & non plures, aut pauciores, atque hac ratione dispositae, vt contineant Hymnos, Psalmos Antiphonas, & cetera huiusmodi, ita Petr. Gregor. partit. iuris, lib. 1. in 20. c. 2. Durant. de ritibus Ecclesie, lib. 3. c. 2. num. 3. & Barbos. Collect. Tom. II.

Card. Bellarmin. tom. 3. controv. vlt. generali. lib. 1. de bonis oper. c. 19. ad finem, Azor. d. lib. 10. c. 1. q. 7. & cap. 1. q. 13. Vincent. Filluc. d. tract. 23. c. 3. q. 5. n. 90. & cap. 5. n. 146. Carol. Macign. cap. 9. à num. 1. Bonac. diff. 1. quæst. 1. puncto 2. num. 2. qui contraria bene respondet, quamvis Abb. in presenti, Angel. verbo hora, q. 6. & Tabien. eod. verbo, queft. 1. 5. ac alij Summilia teneant iure diuina determinatum esse numerum septem horarum.

In gloss. *Septenarius.* Septenarius numerus per se dicitur esse perfectissimus, & maxima habetur in consideratione diuinis, naturalibus, & humanis literis, de quo multa referunt Anton. Marie commun. opinion. lib. 1. tit. 3. n. 20. pag. 7. & seq. & Viuian. tom. 1. etiam commun. opinion. lib. 1. tit. 8. num. 1. versic. septem, pag. 179. late Petr. Berchar. in suo dictio. p. 3. verbo septem, Mexi. in tract. tasse panis, concl. 7. in princip. Mendog. in lib. 1. Regum. c. 2. n. 5. in expositione literæ. n. 14. nonissime Illustri. D. men. Roder. a Cunha post primam huic text. imprell. a me vlt. in comment. ad cap. Diaconi septem 1. 2. n. 2. diff. 9. 3. Nam Deus post creationem mundi septima die quietem, quæ appellatur Sabbathum, hoc est, dies quietis & benedictus diei septimi. In celo sunt septem ordines Spirituum beatorum ante Deum, sunt septem intelligentias, & duas sunt illis septem tubæ, Nomen Dei ab Hebreis scribitur septem literis. Septem sunt dona Spiritus sancti, per quæ numerus iste septenarius spiritui sancto consecratus dicitur, quæ septem dona apud Zachariam dicuntur, septem oculis ipsius Del. Septem Lampades ardabant ante Thronum Dei, & septem candelabra aurea, & in medio eorum similis filio hominis, & habebat in dextera sua stellas septem, vt legitur in Apocalypsi, vidit quoque agnum habentem septem corna, & septem oculos, & vidit librum obsignatum septem sigillis, & cum apertum fuisset septimum, factum est silentium in celo. Septem sunt Sacramenta Ecclesie, septem Psalmi precipientiales, septies latentes dicit. Sacerdos astantibus Misericordia. Septem mandata secunda tabulæ. Septem hora Canonica. Septem leguntur beatitudines. Septem virtutes, quibus septem virtus opponuntur. Septem petitiones orationis Dominice. Septem hydria in Cana Galileæ. Septem verba Christi in cruce. Septem dæmonia eiusdem de muliere peccatrice. Septem annis Christus fuit fugitus in Egypto. Septima hora reliqua febris filium Reguli. Septem horis Adam, & Eva fuerunt in Paradiso. In naturalibus, & humanis referuntur etiam septem Planeta, septem Pleiades, septem dies, septem etates, septemque miracula mundi, septem mutationes hominum, & septem artes liberales, totidemque mechanica, & totidem prohibita, septem colores, septem metalla, septem foramina in capite hominis, septem paria nemorum, septem montes in Urbe Roma, septem Reges Romani, septem bella civilia, septem sapientes tempore Hieremias Prophetæ, & septem sapientes Gracie. Item septem diebus ardebat Roma sub Nero. Per septem Reges occisa sunt decem millia Martyrum, septem fuerunt fratres Machabæi, qui passi sunt martyrum, septem fuerunt dormientes, septem constituti sunt electores Imperij, & septem testes requirunt leges in testamento in scriptis, & in testamento hominis cœci. Septem annorum puer potest ordinari ordine minori, &c.

LI. 3 SVMI

RIBOSA
us Can
21. 13.
CIVI
155

S V M M A R I V M.

- 1 Missa de feria dimittenda non est propter Missam specialem.
- 2 Missa celebranda sive de eo facto de quo sit Officium.
- 3 Sacerdos si obligetur a fundatore ad Missam quotidie celebrandam peculiariter, votuum scilicet de mortuis, potest ac debet celebrare de festo.
- 4 Sacerdos illis diebus, quibus potest Missam sancte eius currente celebrare reliqua votum de mortuis, non tenetur collectam pro mortuis, vel Missa votina, quam promisit, adiungere.
- 5 Sacerdoti an fas sit in diebus profectis sacram facere pro sui animi voto, eo pretermisso, quod tempore conuenit, ostenditur.

C A P. Quidam. II.

Ex Concil. Tribur.

Laicis permitti non debet ut ex consuetudine auidant Missam votivam, v.g. de Trinitate, vel de S. Michaeli, nisi suo tempore, vel aliquando, sed auidant Missam currentem in illo die. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabat. Joan. Andr. Butr. Host. Anch. Henric. Panorm. Viu. in rationib. 3. iuris Pontif. pag. 420. Alagoni in compend. iuris Canon. pag. 534. remissiu Ximen. in concord. p. 1. desumitur ex Concil. Tribur. quod celebratio fuit tempore Bonif. VI. anno Domini 895. ut refert Monet. de distributio. quotid. p. 1. q. 5. n. 2. sed in Conciliis editis habetur in Conc. Sagustadien. c. 10. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. sub tit. de suffragiis, c. 2.

Vi ulterius hoc non fiat.] Dicit hic text. celebrandas esse Missas de eo festo, de quo sit Officium, reprehenditque Sacerdotes ad instantiam laicorum dimicentes Missas proprias propter peculiares eis denotiones, propterea illum refert Bonac. de Sacram. diff. 4. quæst. ultim. punto 7. §. 3. n. 4. vers. dixi, & Fr. Ludou. Miranda in man. Prelatorum. tom. 1. q. 41. art. 2. 1. & quod diebus festis non sint dicende Missa votiva, sed proprie, nisi causa vrgeat, veluti pro benedictione nuptiarum, sepultura alicuius, & similibus secundum Rubricas, dicit Iul. Lator. de indulg. p. 2. c. 3. n. 10. 5. & ideo si obligetur Sacerdos a fundatore ad Missam quotidie celebrandam peculiariter, votuum scilicet de mortuis, potest ac debet celebrare de festo, quando occurrit, Armil. verbo Missa, n. 28. Tabien. eodem verbo, n. 48. & Sylvestr. §. 4. Sain. ephor. n. 48. Ludou. Beja refut. causam conscientie, p. 1. casu 23. verbo primus ostendo. Azor. institut. moral. p. 1. lib. 10. c. 32. q. 5. Vgolin. de officio Episcopi, c. 14. n. 4. Er. Emman. in summ. tom. 1. c. 248. n. 9. Henric. lib. 9. de Missa, c. 2. 3. n. 6. Soar. tom. 4. diff. 8. 3. sect. 3. vers. in quo est magna, Valer. Reginald. in praxi fori panis. lib. 29. n. 208. Postlewin. de officio Curati, c. 2. num. 44. ad finem, Fraxinel. de obligat. Sacerdot. sect. 4. concil. 4. Fr. Ludouic. Miranda in manu. Prelat. tom. 1. q. 41. art. 21. concil. 12. Bonac. de Sacram. diff. 4. quæst. ultim. punto 7. §. 3. n. 4. Ratio est, quia omnes Missae sunt æqualis valoris ex opere operato, valor autem ex opere operantis in Missa votiva, vel pro defunctis interdum valet minus, quam in Missa de Festo, vel de Feria, cum illa sit brevior, & quia ob familiaritatem brevius & minus attinet ut plurimum dicitur à Sacerdote, & dato quod magis valeret, suppleret maiori denotione Sacerdotis, & intercessio Sancti, cuius suffragium

in Missa imploratur. D. Thom. in 4. diff. 45. q. 2. art. 5. quæst. 1. ad 2. S. Antonin. p. 1. tit. 10. cap. 2. 6. 3. Rutil. Benzon. in speculo Episcop. & curat. lib. 1. diff. 2. q. 2. concl. 4. Nam memoria Sancti, vel nomina Officii Missæ elevat, & adauger denotionem celebrantis, ex qua pender valor ex opere operantis, ut inquit Nau. conf. 37. n. 2. sub tit. de parent. & remiss. in nouis.

Vnde bene sequitur Sacerdotem illis diebus, quibus potest Missam eo die currentem celebrare, non tenet collectam, seu Orationem, pro mortuis, vel Missa votina, quam promiserat, adiungere, nullum enim defrandat, quamvis collectam pro mortuis, vel Orationem Missæ votum non recitet, cum possit eo die Missam currentem celebrare, & defactum Missa petere suppleret, & compensare orationibus illius Missæ, quam celebrari ita Nau. in man. c. 25. n. 100. Fraxin. d. concil. 4. §. 7. Ludou. Beja d. casu 23. vers. demum, quos refert, & sequitur Bonac. d. §. 2. m. 5. vbi n. 6. cum eodem Beja vers. secundum nempe, & Fraxi. §. 5. dictis locis, tenet eum, qui suscepit omnes celebrandi triginta Missas Sancti Gregorij pro defunctis, non tenet singulas de requie celebrare, iis præstet diebus, quibus officium loquenter celebratur.

Vtrum autem Sacerdoti fas sit in diebus profecti, & sacram facere pro sui animi voto, & sententia eo praetermisso, quod tempore conuenit? Affirmat in pattem tuerit Azor. d. lib. 10. c. 32. q. 7. resp. respondens hoc text. illos solū reprehendi, qui superstitione quadam religione voti singulis diebus peculiararia Sacra iuncte Trinitatis, & sancti Michaelis audiebant, & Sacra tempori congruentia negligebant. Vnde colligitur neminem ex præcepto obligari ad audiendum Missam diei, sed satisfacere afflentem cuilibet Missa etiam defunctorum cum attritione, ut per Sol. in 5. diff. 13. q. 2. art. 1. vers. quod autem Syl. in verbo Missa, il. 2. n. 4. Henric. d. lib. 9. c. 2. 3. 8. 5. & c. 2. 5. §. 4. Petr. Ledesma in sum. lib. de Sacram. Eucharist. c. 27. vers. septima concil. Campan. ad fint. sui diuersorum iur. Canon. in exhortat. n. 1. 1. vers. aliter est, contra Asten. Angel. & Alex. de Ales, quos refert, aduersens cæx hoc intendendum, de confer. diff. ubique ferè derogari.

S V M M A R I V M.

- 1 Missam semel in die sufficit Sacerdoti celebrare, nisi causa necessitatis suadeat, & n. 2.
- 2 Missas tres in die Nativitatis Domini licet & cuilibet Sacerdoti celebrare.
- 3 Missam unam ex tribus, quas cuilibet Sacerdos dicere potest in die Nativitatis Domini, satisfacit fideli auiendo.
- 5 Causæ sufficietes ad celebrandum secundam Missam que sint, ostenditur.

C A P. Consulisti. III.

Innoc. III.

Sacerdoti sufficit semel in die unam Missam solūmodo celebrare, nisi in casu necessitatis, & in Christi natali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabat. Joan. Andr. Butr. Host. Anch. Panorm. Rebuff. Cened. collect. 175. Viu. in rationib. 3. iuris Pontif. pag. 421. Alagoni in compend. iuris Canon. pag. 534. remissiu Ximen. in concord. p. 1. & 2. refert ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 23. 1.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. delimum D. Thom. 3. p. 9. 8. 3. art. 2. Franc. à Victoria de Euchariis, §. 25.

De Celebratione Missarum, &c. Tit. X L I . 403

§.9. Sylvest. orbo *Missa* i. num. 7. Angel. eodem verbo, vnum. 16. S. Antonin. p. 3. tit. 1. c. 6. §. 5. Brun. de carem. Eccles. lib. 6. ap. 1. in princ. Lel. de Zanch. de privileg. Ecclesiast. privileg. 1. 28. ex n. 1. Nauar. in man. c. 2. 5. n. 8. 7. C. conf. 9. lib. hoc tit. in antiqu. Spin. in speculo testament. gloss. 3. prae. n. 5. Menoch. de arbitr. casu 407. Bernard. & Salze. in praef. canon. cap. 35. in nouiss. edit. Valq. p. 3. disp. 23. c. 5. plures apud Cened. ad Decret. collect. 1. 7. 5. n. 1. Per. de Ledesma in summ. p. 1. tract. de Sacram. Eu. charistic. 19. concl. 6. Azor. insit. moral. p. 1. lib. 10. c. 2. 4. g. 6. Brinac. fragment. crimin. p. 1. lit. C. n. 309. cum seqq. Aloy. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. decif. 3. 51. in 1. ed. alias resol. 301. in 2. edit. Egid. Coninck. de Sacrament. & censur. tom. 1. q. 8. 3. dub. 4. a. n. 21. 2. Fr. Ludou. Miranda in manu. Prelatorum, tom. 1. quest. 4. c. art. 8. coel. 1. Bonac. de Sacrament. disp. 4. quest. vlt. punto 7. §. n. 9. Marc. Anton. Genuensis in practic. Archiepiscop. Neapol. cap. 6. 4. Stephan. Fagundez in quinque Ecclesiast. praecept. prae. 1. lib. 3. c. 1. 6. apud quorum plures videri quam potest qua pena puniatur Sacerdos eodem die suas Missas celebrare.

*Excepto die Nativitatis Domini.] Notatur ad hoc, quod in die Nativitatis Domini licetum est plures Missas celebrare, quo die Telesphori Papae decreto ter Missa sacrificium fit, cap. nocte sancta, de consecrat. disp. 1. Azor. d. q. 8. vers. excipit. Fr. Ludou. Miranda d. art. 8. concl. 2. & alij in d. cap. nocte, & supra citati, quare trium Missarum significacionem eleganter explicat Guillelm. Durand. in rationali diuinorum, lib. 6. cap. 1. 3. n. 17. cum seqq. Vtrum autem fideles teneant illas tres Missas audire? in dubium renunciat a Doctoribus, qui communiter tenent satisfacere audiendo unam ex tribus, Nauar. in man. c. 2. 1. m. 2. in princip. Ferdinand. Paëz in repet. c. Missas, de consecrat. disp. 1. num. 52. cum seqq. Nald. in summ. verbo *Missa*, n. 10. Sylvest. verbo *Missa* 2. n. 1. vers. 7. Henric. lib. 9. de Missas, c. 2. 5. §. 2. Barthol. ab Angelo. dial. 5. §. 8. 2. 1. Bonac. de Sacram. disp. 4. quest. vle. p. 1. 1. n. 10.*

Nisi causa necessitatis suadeat.] Canas plures sufficiientes ad celebrandam secundam Missam enumerant, Nauar. in man. c. 2. 5. n. 8. 7. & 9. 3. Nicol. Aurific. de carem. Eccles. c. 1. 4. §. que sit ista causa fol. 2. 59. Sot. in 4. disp. 1. 3. q. 2. art. 2. vers. sed huius occasione, Rebuff. in repet. huius. text. versio. secundo possum dici plures Missas, Spin. d. gloss. 3. prim. num. 5. 4. vers. tamen casu, Valent. tom. 4. disp. 6. q. 1. 1. p. 1. 6. 3. ad 7. Hieronym. Llaman in 3. p. methodi. cap. 5. §. 1. 7. Soar. tom. 3. ad 3. p. D. Thomas. q. 8. 3. art. 2. disp. 8. o. 5. 7. Azor. d. q. 6. Nung. ad dict. 3. part. D. Thomas. quest. 8. 3. art. 2. Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 29. n. 17. Card. Tolet. in instrut. Sacerd. lib. 1. c. 3. Henric. in summa. lib. 9. c. 30. §. 7. Duas autem necessitatis canas principales referunt Doctores, prius quando Sacerdos postquam se communicauit, admonetur de necessitate infirmi communicantur, & non habet Hostiis consercatam, tunc enim de novo videtur posse Missam facere, nisi adsit aliis Sacerdos celebrantur, vt docent Nauar. d. c. 2. 5. n. 8. 7. Tolert. d. c. 3. ad finem. Iacob. de Graff. in decisiplinis aureis. p. 1. lib. 2. cap. 40. n. 1. Azor. d. q. 6. Bartholom. ab Angelo de Sacram. dial. 5. §. 21. 4. & 21. 9. Chamerot. de Missa sacrificio. dub. 1. 3. Bonac. d. p. 1. 7. n. 1. 0. Secundam quando unus Sacerdos preficitur duabus, vel tribus Ecclesiis parochialibus ob illarum paupertatem, vt per Barthol. ab Angelo d. dial. 5. §. 2. 2. & Bonac. d. p. 1. 7. num. 1. 0. vers. secund. vbi in vers. seq. adiunxit standum esse legitime locorum consuetudini. Et adiunxit Cened. d. collect. 1. 7. 5. num. 3. quod Sacerdos non poterit secundam Missam celebrare in supradictis, & in aliis casibus si vinum ablutionis sumperatur in prima Missa, & collect. 1. 49. n. 1. in fine, ex loan. de Lapi. in resolutioru. dubio-

rum circa celebrationem Missarum occurrentium, cap. 2. art. 4. dub. 1. ait quod etiam in casu, quo permittitur bis in die celebrare, semper intelligitur, dummodo celebrans sit icinus. Sed iam hodie ob multiplicitudinem Sacerdotum hi casus & alij, si qui sunt, abierunt in desuetudinem, vt referunt Llam. d. §. 17. in fine, Scort. de lauris. Missa. lib. 2. c. 16. num. 2. Valq. in 3. tom. 2. disp. 2. 3. 2. c. 5. n. 4. 8. Soar. tom. 3. in 2. p. disp. 8. seq. 3. Vgolin. de offic. Episc. c. 16. n. 4. Molfes. in sum. Theolog. Moral. tom. 1. tract. 3. c. 1. n. 4. 6. Sylu. in 3. part. q. 8. 5. art. 2. ad 5. Ioan. da Cruz in direct. conscient. p. 2. de sacrif. Missa. q. 2. dub. 3. concl. 3. in fine.

CAP. Consilium. IV.

IN Missis in honorem aliquius Sancti diebus feriarum celebrandis licet dicatus propria prestatio, non tam dicimus hymnum Angelicus, nec Symbolum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Butr. Host. Anch. Henric. Panorm. Viu. in ratione. lib. 3. iuris Pontif. pag. 4. 22. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 534. remissiu. Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 3. 3. cap. 2.

Quando in diebus profestis celebratur in honorem B. Virginis, vel spiritus sancti, vel S. Crucis, tunc nec Hymnus Angelicus, nec Symbolum dicitur, nec etiam Te Deum laudamus, in Laudibus Matutinis, ita ex hoc text. desumit Guillelm. Durand. in rationali diuinorum Offic. lib. 4. c. 1. 3. in fine.

S V M M A R I V M.

1. Sacerdos semper vinum profundere debet postquam totum accepit Eucharistie Sacramentum; nisi eodem die aliam Missam debuerit celebrare, & num. 2.
3. Eucharistiam suscepimus debet a media nocte esse icinus, nisi alia postules reverentia Sacramenti, vel necessitas.
4. Voto non bibendi vinum non contravenit Sacerdos, qui illud suscipit post sanguinis sumptionem.
5. Ieiunium naturale frangit qui medicinam ore sumit.

CAP. Ex parte. V.

Sacerdos postquam totum Sacramentum Enchirisia accepit, debet semper infundere vinum, & accipere, nisi quando eodem die deberet aliam Missam celebrare, quia tunc si infusum vinum acciperet, non posset amplius eodem die celebrare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Joan. Andr. Hostiens. Anch. Henric. Butr. Panorm. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Ponif. pag. 4. 22. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 534. remissiu. Ximen. in concord. part. 1. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 3. cap. 4.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Guillelm. Durand. in rationali diuin. lib. 4. cap. 1. num. 26. Sylvest. in summa. verbo *Missa*, il. 1. num. 7. vers. tertium quando, Sot. in 4. disp. 1. 3. q. 2. art. 2. vers. unde postquam in prima celebratione, Nauar. in man. cap. 24. n. 8. 8. in princip. Rebuff. in repet. c. consuisti. hoc tit. vers. & his casibus. Stephan. Gaeta in repet. c. limina 20. q. 1. §. 6. num. 1. 19. in princ. Cened. ad. tal. collect. 1. 49. num. 2. & collect. 1. 7. 5. num. 3. quibus. Fr. Ludovic.

L 1 4 Miran

BIBOSA
us Can
2. 15.
L VI
15.

404 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

Miranda in manu Prælatorum, tom. I. q. 40. art. 13.
 concl. 1. vbi meminit huius text. Azor. infis. moral. p. 1.
 lib. 10. c. 24. q. 6. vers. excipiunt, & c. 30. q. 1. vers. deinde,
 & in vers. querit, resolutum clericum oportere esse ieiunium,
 vt nihil scilicet cibi, potuisse, aut etiam me-
 dicamentum sumatur, & q. 4. assertur licet Presbytero
 vna cum vino, quod ad ablutionem sumi solet, scilicet
 pere particulas panis consecratas, quas in corporalis,
 vel etiam patena, vel Calice inuenient; quod etiam
 tenent citati à Cened. d. collect. 149. n. 4. vers. secundus.
 3 Nam suscepimus Eucharistiam per se loquendo debet
 à media nocte esse ieiunium, ieiunio non solum Ecclesiastico,
 verum etiam naturali. Jacob. de Graff. in aliis
 decis. p. 1. lib. 2. c. 30. n. 13. Pitigian. d. p. 7. q. 4. art. 2. & 3.
 Azor. d. c. 30. q. 2. Barthol. ab Angelo de Sacramentum dia-
 log. 4. §. 20. & dialog. 5. de Missa, §. 19. Fr. Ludouic.
 Miranda d. loco, Bonacina de Sacrament. disp. 4. q. p. 6.
 puncto 2. n. 5. rationem reddit D. Thom. 3. part. q. 80.
 art. 8. Licet tamen fractio ieiunio Eucharistiam sumere
 quare ita postular reverentia Sacramenti, vel
 fert necessitas, vt in undecim casibus relatis à Cened.
 d. collect. 149. ex n. 4. veluti Eucharistia pernentura
 esset ad manus infidelium, qui illam iniuriose tracta-
 bant, tunc Sacerdotem non ieiunum eam posse su-
 mere, docent Soar. tom. 3. disp. 9. sect. 6. ad fin. Azor.
 d. lib. 10. c. 33. q. 7. Valer. Reginald. in præf. fori pœnitent.
 lib. 29. n. 122. Egid. Coninck. de Sacram. & cen. uris,
 tom. 1. quaest. 80. art. 8. num. 21. Posseuin. de officio Curati,
 cap. 8. n. 12. Fr. Emman. in summa, tom. 1. cap. 65. num. 1.
 Vnde etiam Sacerdos, qui loco vini consecravit
 aquam, non aduentens ad hunc errorem, nisi post
 aqua sumptionem, debet de novo vinnum consecrare
 quamvis fregerit ieiunium per sumponiem aquæ,
 nam consecratio vini spectat ad integratatem sacrificij,
 quam constat esse de iure diuino, quod præpon-
 derat præcepto Ecclesiastico de sumenda Eucharistia
 cum ieiunio; ob id etiam, qui post consecrationem
 aduertit se non esse ieiunum, aut sumpto iam cibo
 consecravit, tenebat sacrificium perficere, quia ar-
 tius est vinculum, & maior obligatio perficieudi
 sacrificij iam inchoati, quam sumendi Eucharistiam
 cum ieiunio, vt per Fr. Emman. d. c. 66. num. 1. Azor.
 d. cap. 33. quaest. 3. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 122.
 Henric. in summa, lib. 8. cap. 50. Cened. d. collect. 149.
 num. 4. in princ. & vers. 11. Ob eandem pariter ratio-
 nem si Sacerdos peracta consecratione moriat, nec
 adsit alius præter Sacerdotem non ieiunum, tenetur
 Sacerdos non ieiunus perficere sacrificium, vt tenet
 Nauar. in man. c. 25. num. 36. Stephan. Gaeta d. §. 6.
 num. 218. in fine, Cened. d. collect. 149. vers. septimus,
 quicquid dicant Henric. d. lib. 8. a. 3. & Azor. d. lib. 10.
 c. 33. q. 2.

4 Vino profundere debet.] Cùm ergo obliget Ecclesia præceptum ad assumptionem vini in prima Missa
 ablutione post sanguinis sumptionem, non ex hoc
 contraenuntur voto non bibendi vinum, vt docet
 Sanchez in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 11.
 num. 43.

5 In gloss. Ne si forè, ibi, sed post medicinam, &c. No-
 tatur ad hoc, quod ille frangit ieiunium naturale, qui
 medicinam ore sumit, ac proinde non potest eo die
 Eucharistiam sumere, vt per Coninck d. q. 80. art. 8.
 n. 27. & 48. Soar. d. disp. 68. sect. 4. & alios apud Bonac.
 d. puncto 2. n. 8.

S V M M A R I V M .

¶ Verba si qua sunt in Canone Missæ, que ab Euangeliis dicta non fuerunt, credere debemus, quod à

- Christo Apostoli, & ab Apostolis ipsis successores acceperunt.
- 2 Transsubstantiatio quid sit, remissio.
- 3 Forma Sacramenti sanguinis que, remissio.
- 4 Mysterium unde dicatur, remissio.
- 5 Testanum usque ad mortem mutari, ut renocari potest.
- 6 Aqua cum vino in sanguinem converitur.
- 7 Vino consecrato, & substanzato, si eadem vni species non solùm in maiori, sed etiam minori quantitate misceatur, munquam tale vinum sic permixtum convertitur in sanguinem Christi.
- 8 Oleo consecrato, seu aqua benedicta quare misceri possit liquor eiusdem speciei non consecratus immixtior quantitate, ita ut totum maneat consecratum, non ita in vino consecrato ostenditur, & n. 9.
- 10 Guta sanguinis Christi si commisceatur viimnia summa quantitate, an maneat semper illa guta sanguinis sub particula vini consecrati, & quid faciendum de illo vino, ostendatur.
- 11 Vino in sacrificio Missæ quando aqua misceatur, n. missione.
- 12 Martyrii facit iniuriam qui orat pro martyre.
- 13 Suffragii non indigent vinorum, qui in calix sunt.
